

## ΠΡΟΣΘΗΚΑΙ

R. - J. LOENERTZ

### Ad epistulas Gregorii Acindyni

Addenda et corrigenda

Ep. 1, p. 90, lin. 23 χρόνον : lege θρόνον.

Ep. 5, p. 97, Inscriptio : Matthaeo monacho. Ille puta qui scripsit tractatum De gratia divina, in quo Gregorii Palamae doctrinam tuetur. Est in cod. Monacen. Gr. 508, f. 147-175. Inc. *Εὐσύνοπτον βούλομαι καὶ καθ' ὅσον...* Desin. *περὶ δὲ ἑμῶν ἑμεῖς ὄψεσθε*. In ora inferiore legitur : « *Ὁὐτός ὁ τοῦ παρόντος λόγου συγγραφεὺς ἐν Θεσσαλονίκῃ ἦν μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, ἀνὴρ εὐλαβῆς καὶ λόγιος καὶ τὰ θεῖα σοφός, μαθητὴς χρηματίας τοῦ ἐν μοναχοῖς θαναμασιοῦ ἐκείνου κῆρ Ἰσαάκ, καὶ ἐν τῇ μονῇ τούτου τὸ τῆς ζωῆς τέλος δεξάμενος*. Eadem nota cum tractatu eodem occurrit in bibl. Mosquensi apud Matthaei, p. 178 ». Ign. Hardt. Catal. cod. manuscriptorum Monacensium, t. V, Monachii, 1812, p. 241.— Edocuit me de his d. Georgius Theocharides, in Thessalonicensi Panepistemiō subdoctor. Qui censet etiam Matthaeum non alium esse quam Matthaeum Blastarem, iuris canonici peritum, scriptis polemicis in Latinos notum.